



**I**oannes Plaeth uir in summis scripturis doctissi-  
 mus, & in Aristotelica philosophia optimè exer-  
 citatus. Itaq; factum ut gymnasij Heidelbergensis  
 decus & columna extiterit. Ibi enim Robertus se-  
 nior Palatinus Rheni anno millesimo trecentesi-  
 mo quadagesimo sexto Academiam fundarat. E-  
 rat is Iohannes foelicissimo ingenio præditus, ser-  
 mone scholasticus, atque uitæ innocentia conspi-  
 cuus. In habendis quoque sermonibus ob raram  
 eloquentiam cæteros omnes superabat. scripsit in-  
 ter cætera magnum & insigne uolumen super De-  
 cretales, quod in Vniuersitate Heydelbergensi or-  
 dinariè & publicè legit. præterea contra Boemos

librum, & Sententiarum questiones cum multis alijs. floruit sub Sigismundo  
 Cæsare anno 1420, Trit.